



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Tractatus De Necessitate Et Modo Ministrandi Sacramenta Tempore pestis

Chapeauville, Jean

Mogvntiæ, 1612

27. Quid sit de illorum, qui habintes plures peste infectos eodem tempore vicinis tuguriolis exceptos ad singulos accurrunt, auditoq[ue] vnus peccato vno, illu[m] statim absoluunt, & ad alium ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-41077

a sup.

teneretur audire, sed excusatur secundum
 (a) Zambranam & multos recentiores Dd.
 eruditos & pios, quos se consuluisse dicit,
 quorum ratio videtur esse, quia sicut secundum
 omnes excusatur pœnitēs ab integritate
 confessionis, quando ex illa sibi timet
 damnum corporis, vel rei familiaris, vel
 honoris, quod scilicet Confessarius ipsi iniuste
 inferret, si illi integre confiteretur, ita
 etiam excusatur Confessarius ab audienda
 integra confessione, ex qua sibi à confitente
 mortem timet.

Quod noto in solamen pastorum & eorum
 qui necdum tanta charitate ardent, ut
 periculū vitæ corporalis, pro maiori quiete
 spiritali proximi adire audent.

QVÆSTIO XXVII.

*Quid sit de illorum, qui habentes plures peste infectos
 eodem tempore vicinis tuguriolis exceptos, ad
 singulos accurrunt, auditoque vnius peccato
 vno illum statim absoluunt, & ad alium atq; alium transeunt, eos
 similiter audientes &
 absolventes?*

Quæstionis explicatio.

CVM pestis sæuit & instar ignis omnia
 circumquaq; depopulat, nec plures
 sunt

sunt in parochia qui confessiones excipiāt, redigitur pastor in has angustias, vt vel plerosq; sine ministracione huius sacramenti deserere debeat, vel sumā illi opus sit tum diligētia, tum industria, quo omnibus, vel saltem quam plurimis illud ministrare valeat: Huius occasione quæritur in hoc lugubri casu, an pastor modo prænarrato suorum confessiones excipere, & beneficium absolutionis impendere possit & teneatur?

Responsio.

Postis his, quæ præcedenti quæstione comprobauimus, videntur posse imo teneri pastores hoc pacto ministrare: quia charitas obligat, vt illud sacramentum tantæ necessitatis in illo periculo communicateur omnibus, quibus communicari potest: potest autem hoc pacto illis communicari, vt ex antedictis patet: & confirmatur à simili: nam (a) Dd. asserunt in casu naufragii, & ingressus in prælium, & similibus, quando confessiones omnium non possunt integre audiri, posse Confessarios audito vno, vel altero peccato cuiuslibet, eos sigillatim absoluerè.

Dices: Quid si tali tempore pastor offendat aliquos, quorum confessiones integras

a Henric. lib.
9. summa, c.
30. n. 4. Et alij
quos citat.

gras audire possit, cum non ita graui contagionis periculo, tenebitur ne illos integre audire?

R. Non teneri propter debitum charitatis, quo aliis in pari vel maiori salutis periculo existentibus (vt præsupponimus) teneretur quoque hoc sacramentum ministrare.

Q V Æ S T I O XXVIII.

Quid de illorum, qui plures peste infectos in eodē cubiculo, vel lecto iacentes, simul audiunt & absoluunt?

Quæstionis explicatio.

Frequens est læuiente pestilentia, vt pastores plures offendant egros in eisdem Xenodochiis publicis, vel ædibus priuatis, cubiculis, subinde etiam lectis iacentes, quos necessum est, si confiteri debeant, vt sociis audientibus confiteantur: Queritur, an hic modus confitendi, & simul illos absoluendi tolerari possit?

Responsio.

Potest tolerari & practicari, imo subinde ipsi peste infecti hoc modo tenebuntur confiteri, & pastor absoluere. Primum probatur, quia quamuis nemo cogi possit ad